

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6274

Auteur(s) : Hervé de Roys [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1222, 3 avril-1223, 22 avril]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Hervé de Roys, chevalier, fait savoir que lui et ses héritiers sont tenus de prêter hommage à l'abbé de Préaux et à ses successeurs, d'acquitter à chaque fois qu'il le faudra le droit de relief et de verser une rente annuelle de quarante sous de monnaie courante payable à la Saint-Michel [29 septembre] pour le fief Harenc à Roys qu'Hervé et ses héritiers tiendront à titre héréditaire de l'abbé et des moines de Préaux, comme l'attestent les chartes de ces derniers. En cas de défaut d'hommage, de relief ou de cens, les moines pourront se faire justice sur le fief comme seigneurs du fonds. Il confirme en outre pour son âme, celles de ses ancêtres et de ses hoirs quinze sous de monnaie courante assignés en perpétuelle aumône sur son moulin de Roys que son père Richard avait donné aux moines lorsque son père Robert est devenu moines à Préaux ; en cas de non paiement, les moines pourront se faire justice sur le moulin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 3, p. 178.
- b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B171, p. 400-401.

Texte établi d'après b

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Herveus de Rotis, miles, salutem in Domino. Ad universitatis vestre volo noticiam pervenire quod ego Herveus de Rotis, miles, et heredes mei tenemur abbati de Pratellis et successoribus suis hommagium facere et relevamen, quotiescumque opus fuerit, persolvere et quadraginta solidos usualis monete annuatim ad festum sancti Michaelis reddere pro feodo qui dicitur feodus Harenc apud Rotas. Quem feodum ego Herveus et heredes mei de predicto abbate et ejus successoribus et conventu jure hereditario possessuri sumus, sicut in eorumdem autentico continetur, ita quod pro hommagio, relevamine et denariis predictis, si tempore suo soluta non fuerint, eidem abbati et successoribus suis ego Herveus pro me et heredibus meis volo et concedo ut predicti abbas et conventus in predicto feodo tamquam domini fundi suam faciant justiciam. Item ego Herveus, miles, pro me et heredibus meis concedo et confirmo predictis abbati et conventui in molendino meo de Rotis XV solidos usualis monete ad festum sancti Michaelis solvendo in puram et perpetuam elemosinam pro anima mea et pro animabus antecessorum meorum et heredum meorum. Quos solidos Ricardus de Rotis, pater meus, sepepredicto monasterio caritative contulit, quando avus meus Robertus de Rotis in sepepredicto monasterio monachus factus est. Volo etiam et concedo ego Herveus, miles, pro me et heredibus meis quod, si predicta elemosina ad sepepredictum terminum soluta non fuerit, predicti abbas et monachi in predicto molendino

suam faciant justiciam. Et, hoc firmum et inconcussum volens permanere in perpetuum, presentem paginam sigilli mei impressione corroboravi. Actum anno graciae M° CC° XXII°.